

Extractos de una carta de Erasmo, en la que trata sobre la forma de la carta

Erasmo de Rotterdam, de su carta *Epistolarum Formula*

Definición:

Epistola varie a scriptoribus latinis definitur, sed eodem paene sensu. Libanius sophista graecus epistolam finit hoc modo, *Epistola est absentis ad absentem colloquium.*

[...]

Sencillez, un ejemplo:

Esse enim epistolicus stilus simplex debet, ac veluti negligentiusculus nam est etiam quaedam negligentiä diligens. Exempla sunt Plinii Cecilii epistolae, acutae, elegantes expressae, in quibus nihil nisi domesticum, quotidianum, sed omnia tamen latina, casta, ornataque leguntur.

[...]

El arte de la sencillez:

Cumque sit stilus ille multa arte atque ingenio cultuque subactus atque elaboratus, illaboratus tamen ac paene subitus atque extemporarius videtur. Observandum vero illud in primis est, fugienda esse verba accersita, antiqua, nimius affectata, repetitaque Aborigenum saeculis, quibus hodie plerique corrupti et cacozeni utuntur, verba nova atque inusitata anxie quaerentes, ut doctiores videantur.

[...]

La práctica lleva a la perfección:

Primum itaque summä sollicitudine ac stili diligentia utendum. Sed nec sine frequenti assiduaque scribendi exercitatione, extemporalis facultas amplissimus certissimusque studiorum fructus, nec solida dicendi fiducia parari potest. Stilus itaque frequens, et opulentiam nobis parit copiamque sermonis, et mirabilem adfert dicendi scribendique promptitudinem.

No tengas prisa:

Porro tardus primum stilus esse debet et diligens, cum varia multiplicique auctorum lectione habendus est, et pondera examinanda. Neque occurrentibus primum verbis, ac statim sese offerentibus incaute utendum est, ut quidam faciunt, captantes prima quaeque atque avide arripientes. Suspecta est enim facilitas illa, qua plerique imprudenter exultant et gloriantur. Quare Sallustium constat, Quintiliano referente, in scribendä historiä fuisse tardissimum, et Vergilium paucissimos in dies versus componere solitum.

[...]

De verdad, no te precipites:

Nunquam profecto feliciter inveniet, neque apte collocabit, neque ornate scribet ac polite, qui primum et stilo et iudicio lento usus non fuerit. Morä enim melius solidiusque iudicius paratur, refrigerescitque inventionis amor. Quare falluntur, qui multa stilo primum, quam velocissimo scribere conantur. Diligentia enim in primis opus est, quamquam mox et feliciter sequitur stilus et uberior, ac promptior. Celeritatem enim dabit consuetudo.

[...]

Importancia de la lectura y la imitación:

Quoniam vero artis pars magna imitatione continetur, ab auctoribus lectione dignis, verborum sumenda est copia, et varietas figurarum, ut cum ponendi ratio, tum ad exemplum virtutum omnium mens dirigenda est.